

Ostiae, nunc Romae (XIV 555 vidi inscriptionem primariam, inscriptionem lateris vidit Detleffsen). — 1) Cf. *infra* not. 3. — 2) *Aut nomen excidit fratris eius, cuius aedilitas solacium esse potuit patri, aut vocabulum non.* — 3) *Sestertium quinquaginta milia nummum.* — 4) *Denarii quini.* — 5) Cf. N. 6446 not. 7. *Non singulis scribis cerartis, sed decuriae scribarum cerariorum denarios 37 $\frac{1}{2}$ dari iussit Fabius; totidem decuriae scribarum librariorum; 25 denarios decuriae lictorum. Quod autem una cum decurionibus apparitores hos perpetua liberalitate honoravit Fabius, causa videtur fuisse quod filius Hermogenes fuerat scriba.* — 6) *uti delendum (aut paullo post pro dividi scribendum dividerentur).* — 7) *Apparet orationem non integrum esse (fortasse quae desunt scripta erant in alia parte lapidis).*

6149 D. Fabio D. filio Pal. | Floro Vera[n]o¹ | sacerdot. sanct. reg[in.]², | iudicio maiestatis eius | elect. Anubiaco, prima³ | <dec. Laur. vic. Aug., quattervi.⁴, | naviculario V corpor. | lenunculariorum Ost.⁵ | honorib. ac munerib. | omnib. funct., sodali | corp. V region. col. Ost. | Huic statuam Flavius | Moschylus v. c., Isiacus | huius loci, memor eius | sanctimoniae castitat., | testament. suo costitui (*sic*) | ab heredib. suis ius- sit, | patrono munditario⁶ | b. m.⁷ | L. d. d. d. p. (*In latere*) ob honore quo die sacerd. fa[ctus est], | dedicat. XVII kal. A . . .⁸ | ter et semel | cos.⁹ | Locus datus a Iulio | Faustino pont. Volk. | aed. sacrar.¹⁰, permisit | act.¹¹ Fl. Moscyli | sub qq. c. p.¹² | Q. Veturi Firmi Felicis | Socratis et | L. Flori Euprepeticis. | Ob cuius dedicatione | dedit decurionibus X III | cum officio¹³. basilices.

Romae, ubi reperta sit non traditur, stetit sine dubio Ostiae (XIV 552 vidi). — 1) *Aut Verano in lapide fuit aut Veratio.* — 2) *Sc. Isidis.* — 3) *Non intellegitur, iam erasis vocabulis quae sequebantur.* — 4) *Decurioni Laurentium vico Augustano, quatterviro.* Cf. *infra* N. 6180. *Substituta haec in locum aliorum vocabulorum erasorum.* — 5) Cf. N. 6175. 6174 not. 5. — 6) *Vocabulum incertae lectionis.* — 7) *Bene merenti.* — 8) *Significatur 16 Mart. aut 16 Iul.* — 9) *Videatur indicari annus 251, quo Decius Augustus tertium cum filio primum consule fasces gerebat.* — 10) *Pontifices Volkani et aedium sacrarum Ostienses habuimus etiam supra N. 4176. 4402. 5451. Cf. ad N. 6142 not. 2.* — 11) *Actor.* — 12) *Sub quinquennalitate censoriae potestatis.* — 13) *I. e.: officialibus (Hirschfeld).*

6150 [d.] m.¹ A. Egrilio A. f. Secundo Trheptiano (*sic*) | [de]cur. Laur.² vico Augustan.³. scrib. colleg. fabr. tign. Ost., decuriali scriptus cerar., | [t]ribuli tribus Pupiniae⁴, A. Egrilius lsion et Iulia Proba coniux fecerunt.

Ostiae (XIV 547 vidi). — 1) *d. a sinistra tabulae posita erat, m. a destra.* — 2) *Laurentium.* — 3) Cf. N. 6180. — 4) Cf. N. 6061 seq.

6151 A. Egrilius A. f. | Plarianus, | decurial. scr. cer.¹, et | Cl. Ti. f. Hermione | fecerunt | Cl. Ti. f. Irenae, | lib. libertabus posrisq. (*sic*) eorum.

In monasterio quodam Sardiniae, sed videtur lapis Ostia adlatus (XIV 546 descr. Nissardi Calaritanus). — 1) *Decurialis scriptus cerari.*